آخر يقال شانجة وهو الّذي سابق عليه فسبق * وفرس آخر يقال له المُرْتَجِز وهو الّذي اشتراه من الاعرابيّ الّذي شهد له خُزَيْمَة بن ثابت ۞ وقال سهل بن سعد كان لرسول الله صلعم ثلثة افراس لِزاز بكسر اللّام وبزايين والظَّرِبُ بفتح الظّاء المعجمة وكسر الرّاء واللُّحَيْف بضمّ اللّام وفتح الحاء المهملة وقيل بالمعجمة وقيل النُّحيف بالنّون * فامّا لزاز فاهداه له المُقَوْقِس واللحيف اهداه له ربيعة بن ابي البرا فاثا به عليه فرايض والظرب اهداه له فروة بن عمرو الجُذَاميّ * وكان له فرس يقال له الورد اهداه له تميم الدّاريّ ثم وهبه لعمر ثمّ وهبه عمر لرجل ثمّ وجده يباع ۞ وكان له صلعم بغلته دُلْدُل بضمّ الدّالين المهملتين يركبها في الاسفار وعاشت بعده صلعم حتي كبرت وذهبت اسنانها وكان يحشّ لها الشّعير وماتت بِيَنْبُع وروينا في تاريخ دمشق من طرق انّها بقيت حتي قاتل عليها عليّ بن ابي طالب رضه في خلافته الخَوارِجَ ۞ وكان له صلعم ناقته العضبا ويقال لها الجَدْعآ والقَصْوي * هكذا روينا عن محمّد بن ابرٰهيم التيميّ انّ هذه الاسماء الثلثة لناقة واحدة وكذا قاله غيره وقيل هنّ ثلث ۞ وكان له حمار يقال له عُفَيْر بضمّ العين المهملة وفتح الفاء وذكره القاضي عياض بالغين المعجمة واتّفقوا علي تغليطه في ذلك * مات عفير في حجّة الوداع ۞ وكان له في وقت عشرون لقحةً ومائةُ شاة وثلثة ارماح وثلثة اقواس وستّة اسياف منها ذو الفقار تنفّله يوم بدر وهو الّذي رأي فيه الرّؤيا يوم أُحُد ودرعان وترس وخاتم وقدح غليظ من خشب وراية سودآء مربّعة من نمرة ولواء ابيض وروي اسود * واعلم انّ احوال رسول الله صلعم وسيره وما اكرمه الله به وما افاضه علي العالمين من آثاره صلعم غير محصورة ولا يمكن استقصاؤها ولا سيّما في هذا الكتاب الموضوع للأشارة

mum per 'Omarum Ben Cha'ttâb aut per Abu Ğehl; et nobilitavit eum Deus per 'Omarum, gratum habeat eum! — Et mala imprecatus est Sorâkae Ben Mâlek; et effudit eum equus in terra dura et haerebant ejus pedes in ea. Ille deinde imploravit eum, fidem promittens et petiit ab eo, ut fausta ei precetur. Et precatus est Deum, ut immunem reddat 'Alium a calore et frigore; neque iterum affecit eum calor, nec frigus. Et fausta precatus est Hodaifae illa nocte, qua misit eum, ut ferret nuntium pugnae Ahzâb, ne afficiatur frigore; neque affecit eum, donec rediit. Et fausta precatus est Ibn 'Abbâs, ut institueret eum Deus religione; et ita factum est. Et mala imprecatus est 'Otbae Ben Abi Laheb, ut dominum praeficeret ei Deus unum ex canibus ejus; et interfecit eum leo in Zerka. Et flagitavit descensum pluviae, quando petierunt hoc ab eo ob pluviae penuriam, neque tenuiores quidem nubes in coelo erant. Et colligebantur nubes instar montium et effundebant pluviam usque ad hebdomam sequentem, ita ut peterent ab eo, ut pluviam desinere faceret. Statimque desiit et deambulabant homines in sole. Et fausta precatus est Abu 'Talha, ejusque foeminae Omm-Solaim, ut fortunaret eos Deus in nocte geniali; et ita factum est. Nam partum tulit et edidit 'Abdollam; et novem ejus filii omnes docti erant. Et bona precatus est matri Abi Horaira, gratum habeat eum Deus! ut adduceretur ad Islamismum. Et exiit Abu Horaira et reperit lavantem se; jamque Islamismo addicta fuit. Et precatus est Omm-Kais, filiae Mohçani, sorori 'Okkashae longam vitam; nec nobis nota est mulier, quae tam diu vixerit. Narrat hoc en-Nasâi in capitibus de lotione mortuorum. — Et projecit infideles die Honain manipulo pulveris et dixit: Deformentur facies. Et fugavit eos Deus, qui exaltetur! et impleti sunt oculi eorum pulvere. Et egressus est contra centum Koraischitas, qui exspectabant eum, ut afferrent ei damnum. Sed conjecit pulverem in capita eorum et discessit non visus.

Inter equos, quos habebat, propitius sit ei Deus et favens! primus erat es-Sakb (alacer), cum Fatha literae Sin sine punctis diacriticis et Kef quiescente et Be uno puncto instructa. Candicans erat, albis pedibus, tamen non omnibus; hic est primus equus, quo vehens expeditionem suscepit.

يعزّ الله الاسلام بعمر بن الخطّاب او بابي جهلٍ فاعزّه الله بعمر رضه* ودعا علي سُراقة بن مالك فارتطمتْ به فرسه في جلد من الارض وساختْ قوايمها فيها فناداه بالامان وسأله الدّعاء له* ودعا لعليّ ان يذهب الله عنه الحرّ والبرد فلم يكن يجد حرًّا ولا بردًا* ودعا لحُذَيْفة ليلة بعثه يأتي بخبر الاحزاب ان لا يجد بردًا فلم يجدْهُ حتّي رجع* ودعا لابن عبّاس ان يُفَقّهَهُ الله في الدّين فكان كذلك* ودعا علي عُتبة بن ابي لهب ان يسلّط عليه كلبًا من كلابه فقتله الاسد بالزّرقا* ودعا بنزول المطر حين سألوه ذلك لقحوط المطر ولم يكن في السّماء قزعة فثار سحاب امثال الجبال ومطروا الي الجمعة الاخري حتّي سألوه ان يدعُوَ برفعه فدعا فارتفع وخرجوا يمشون في الشمس* ودعا لابي طلحة ولامرأته أمّ سُلَيْم ان يبارك الله لهما في ليلتهما فكان كذلك فحملت فولدتْ عبد الله فكان من اولاده تسعة كلّهم علماء* ودعا لامّ ابي هُرَيْرة رضي الله عنه بالهداية وذهب ابو هريرة فوجدها تغتسل وقد اسلمتْ* ودعا لامّ قيس بنت محصن اخت عُكّاشة بطول العمر فلا نعلَمُ امرأةً عمّرت ما عمّرت رواه النّساءيّ في ابواب غسل الميّت* ورمي الكفّار يوم حنين بقبضة من تراب وقال شاهت الوجوه فهزمهم الله تعالي وامتلأتْ اعينهم ترابًا* وخرج علي مأية من قريش ينتظرونه ليفعلوا به مكروهًا فوضع التّراب علي رؤسهم ومضي ولم يروْهُ* فصل

كان له صلعم افراسٌ فاوّل فرس ملكه السّكْبُ بفتح السّين المهملة واسكان الكاف وبالبا الموحّدة وكان اغرّ محجّلًا طَلْقَ اليُمني وهو اوّل فرس غزا عليه* وفرس

Syriam et 'Irakam; et Moslemos collecturos esse tres exercitus: exercitum in Syria, exercitum in Jemana et exercitum in Irâka; et occupaturos eos Egyptum, terram, in qua utuntur pondere Kirâta, et benefacturos esse ejus incolis et clientelam et misericordiam iis praestaturos; et Owaisum el-Karanium adventurum ad eos cum auxilio Jemanensium; hic lepra laborabat et ab ea sanatus est excepta macula denarii instar; et ita venit ad 'Omarum; et nonnullos homines gentis suae verum secuturos, eorumque numerum multiplicaturum esse; et Adjutores interfectos fore, ejusque vestigia secuturos esse; neque homines omissuros esse interrogare, donec dixissent: Haec est creatura Dei, creatura nova; et Ruwaifa'm Ben Thâbet longam vitam acturum esse, et 'Ammâr Ben Jaser interfectum fore a gente rebelli, et hanc gentem fore dissipatam et pugnam fore inter eos, et ignem exiturum esse a terra Heḡâz et quae sunt generis ejusdem. Quae acciderunt omnia, sicut commemoravit, propitius sit ei Deus et favens! aperte et accurate. Porro dixit Thâbeto Ben Kais: Vitam perages laudatam et interficieris sanctus martyr; et vitam peregit laudatam et martyrio pro Dei causa occubuit in Jemana. 'Othmano dixit: Continget ei calamitas magna. Et dixit de Moslemo quodam: Pugnabit pugnam atrocem, quum sit ex populo ignis; et ille interfecit se ipsum. Et venit ad eum Wâbeçâ Ben Ma'bad, ut interrogaret eum de justo et illicito; tum dixit: Tu venisti, ut interrogares de justo et illicito. 'Alio et ez-Zobairo et el-Makdâdo dixit: Ite in hortum Chach, nam ibi est mulier, in pilento camelino vehens, cum epistola. Et invenerunt eam; illa autem id negabat; deinde eduxit epistolam ex cincinno suo. — Et dixit Abu Horaira, quando furatus erat Satanas dactylos, eum rediturum; et rediit. Et dixit uxoribus suis: Quae vestrum longissimas habet manus, celerrime me sequetur. Et ita factum est. Et 'Abdollae Ben Selâm dixit: Tu Islamismo adhaerebis, donec morieris. — Porro fausta precatus est, propitius sit ei Deus et favens! Anaso, ut multiplicarentur ejus opes et proles et longam vitam ageret. Et duravit ejus vita supra centum annos, nec fuit quisquam Adjutorum ditior illo; et sepultus est a filiis suis natis ex eo centum et viginti ante adventum peregrinatorum Meccae, praeter ceteros. Quod aperte expositum est in Veritate Bochâri et alias. Item precatus est, propitius sit ei Deus et favens! a Deo, ut nobilitaret Islamis-

والعراق وبانّ المسلمين يجنّدون ثلثة أجْنَادٍ جُنْداً بالشّام وجندا باليمن وجندا بالعراق وبانّهم يفتحون مصراً ارضاً يذكر فيها القيراط فاستوصوا باهلها خيراً فانّ لهم ذمّةً ورحماً وبانّ أُوَيْس القرنيّ يقدم عليكم في امداد اهل اليمن كان به برص فبرئ منه الاّ قدر درهم فقدم كذلك علي عُمَر وبانّ طايفةً من امّته علي الحقّ وبانّ النّاس يكثرون وبان الانصار يقتلون وبانّ الانصار يلقون بعده اثرة وبانّ النّاس لا يزالون يسألون حتي يقولوا هذا خَلَقَ اللّه الخلق الحديث* وبان رُوَيْفَع بن ثابت تَطُولُ به الحيوة وبانّ عمّار بن ياسر يقتله الفِئَةُ البَاغِيَة وبانّ هذه الامّة ستفترق وبانّه سيكون بينهم قتال* وبانّه سيخرج نارٌ بارض الحجاز واشباه هذا* فوقعت كلّها كما ذكر صلعم والحمدّ جليّة* وقال لثابت بن قيس تعيش حميداً وتقتل شهيدا فعاش حميدا واستشهد باليمامة* وقال لعثمان تُصيبه بلوي شديدة* وقال في رجل من المسلمين يقاتل قتالاً شديداً وانّه من اهل النّار فقتل نفسَهُ* وجاء وابصة بن معبد يسأله من البرّ والاثم فقال جئتَ تسأل عن البرّ والاثم* وقال لعليّ والزّبير والمقداد اذهبوا الي روضة خاخ فانّ هناك ظعينة معها كتابٌ فوجدوها فانكرته ثم اخرجته من عقاصها* وقال لابي هريرة حين سرق الشيطان التمر انّه سيعود فعاد* وقال لازواجه أطولكنّ يَداً اسرعكنّ لحاقاً بي فكان كذلك* وقال لعبد اللّه بن سلام انت علي الاسلام حتي تموت* ودعي صلعم لانس بان يكثر ماله وولده ويطول عمره* فكان كذلك عاش فوق مائة سنة ولم يكن أحَدٌ من الانصار اكثر مالاً منه* ودفن من اولاده الذكور لصُلْبه مائة وعشرين ابنًا قبل قدوم الحجّاج سوي غيرهم* وهذا مصرّح به في صحيح البخاريّ وغيره* ودعا صلعم ان

ciendum aliquid huic Korano simile, non perficerent simile quid, etiam si alii aliis opitularentur. Et superavit eos, propitius sit ei Deus et favens! in hac re, contemnens multitudinem eorum et eloquentiam et vehementiam hostilitatis usque ad hunc diem.

Quod autem attinet ad miracula cetera, non possunt ennmerari nnquam, quia permulta sunt et renovata et aucta. Attamen commemorabo ex iis exempla, sicut fissuram lunae et quod scaturire fecit aquam ex digitis suis, et multiplicationem aquae et cibi, laudationem panis, crepitum trunci arboris, benedictionem lapidis, locutionem femoris veneno infecti, incessum arboris ad eum, conventum duarum arborum remotarum earumque reditum ad loca sua, muletum ovis anniculae et quod restituit oculum Kotadae Ben en-No'mân, postquam ceciderat et fuerat in ejus manu, ad locum suum, ita ut postea percipi nequiret; et osculationem oculorum 'Alii, qui lippitudine laborabat et sanus evasit ab hoc tempore; permulsionem pedis 'Abdolla Ben 'Atik, qui illico sanus evasit; praedictionem cladis idololatrarum die Bedrensi (مصرع in eo sensu, quo ad hominem spectat); neque incurrebant foederati eorum; et praedictionem occisionis Obii Ben Chalaf. Item praedixit, nonnullos homines gentis suae occupaturos esse mare, inter quos Omm-Herâm, et ita factum est; et se aperturum esse genti suae, quae celatae ei essent regiones terrae orientales et occidentales; et thesauros Cosroes erogaturam esse gentem suam in via Dei, qui honore et laude celebretur! et se metuere genti suae de eo, quod aperiretur ei ex pulchritudinibus mundi; et thesauros Persiae et Romae apertos fore nobis; et Sorâkam Ben Mâlek ornatum fore armillis Cosroes; et per Hasanum Ben 'Ali pacem facturum esse Deum inter duo agmina magna Moslemorum et Sa'adum Ben Abi Wakkâç in vivis futurum esse, donec utilitatem cepissent ex eo homines et nocuissent ei alii; et en-Nagâschium moriturum esse eodem die, quum ille in Habessinia erat; et el-Aswadum el-'Anasium interfectum fore ipsa nocte, quum ille in Jemana erat; et Moslemos pugnaturos esse in Turcas praeditos oculis pusillis, faciebus latis et collisis nasibus; et Jemanam occupatam fore ab iis, item

والجنّ علي ان يأتوا بمثل هذا القرأن لا يأتون بمثله ولو كان بعضهم لبعض ظهيرا۞ فتحدّاهم صلعم بذلك مع تكاثرهم وفصاحتهم وشدّة عداوتهم الي يومنا هذا۞ فصل

وأمّا المعجزات غيره فلا يمكن حصرها ابداً لانّها كثيرة جداً ومتجدّدة متزايدة ولكن اذكر منها امثلةً كانشقاق القمر ونبع المآء من بين اصابعه وتكثير المآء والطعام وتسبيح الطّعام وحنين الجذع وتسليم الحجر وتكليم الذّراع المسمومة ومشي الشجرة اليه واجتماع الشجرتين المتباعدتين ورجوعهما الي مكانهما ودور الشاة الحايل وردّه عين قتادة بن النعمان بعد ان ندرت وصارت في يده الي مكانها فلم يكن يعرف بعد ذلك وتقبيله في عيني عليّ وكان ارمد فبرئ من ساعته ومسحه رجل عبد الله بن عتيك فبرأت في الحال واخباره بمصارع المشركين يوم بدر هذا مصرع فلان فلم يعدوا مصارعهم واخباره بقتلة أبيّ بن خلف واخباره بانّ طآئفةً من امّته يغزون البحر وانّ امّ حرام منهم فكان كذلك وبانّه يفتح علي امّته ما زُوِيَ له من مشارق الارض ومغاربها وبان كنوز كسري ينفقها امّته في سبيل الله عزّ وجلّ وبانّه يخاف علي امّته ما يفتح عليهم من زهرة الدّنيا وبان خزاين فارس والرّوم يفتح لنا وبان سراقة بن مالك يُسَوَّر بسواري كسري وبانّ الحسن بن علي يصلح الله به بين فئتين عظيمتين من المسلمين۞ وبانّ سعد بن ابي وقّاص يعيش حتي ينتفع به اقوامٌ ويضرّ به آخرون۞ وبانّ النّجاشيّ مات يومكم هذا وهو بالحبشة۞ وبانّ الاسود العنسيّ قتل ليلتكم هذه وهو باليمن۞ وبانّ المسلمين يقاتلوا التّرك صغار الاعين عراض الوجوه ذلف الانوف وبانّ اليمن يفتح عليكم والشام

i. e. non commemorabantur mulieres. Inclinabant se homines ad eum reverentiâ et monitis advertebant animum. Veneratus est majores et misertus est minorum natu; et honorabant eum egentem et conservabant peregrinum et educebant argumenta pro bono. Benigne tractabat amicos et honorabat generosum cujusque populi et praeficiebat eum ejus rebus. Visitabat amicos suos; neque erat inhonestus, neque talem se praebebat; nec malum malo referebat, sed condonabat et veniam dabat; neque feriit famulum, neque ancillam, neque ullum alium unquam, nisi quod dimicavit in via Dei. Neque optionem dabat duarum rerum, sed eligebat faciliorem earum, quod minime ei vitio ducendum est. Et argumenta omnium, quae commemoravi, in libro Veritatum clara sunt. — Et conjunxerat Deus, qui laudationibus exaltetur! in eo, propitius sit ei Deus et favens! perfectionem indolum et splendorem morum; et donaverat ei scientiam rerum praeteritarum et futurarum, omnemque beatitudinem et felicitatem, quamquam ille idiota nec legere nec scribere novit, nec praeceptorem ex hominibus habuit. Et dedit ei Deus, quod nulli alii hominum et elegit eum prae omnibus praeteritorum et futurorum temporum hominibus. Gratia Dei, ejusque pax illi, permanentes usque ad diem judicii! — Traditur in libro Veritatum, Anas Ben Mâlek, gratum habeat eum Deus! dixisse: Neque tetigi pannum, neque sericum, mollius manu Legati Dei, propitius sit ei Deus et favens! neque olfeci unquam odorem suaviorem odore Legati Dei; et servivi Legato Dei, propitius sit ei Deus et favens! decem annos, sed neque dixit mihi unquam: Phy! neque dixit ulli: Feci hoc, cur tu hoc fecisti? neque: Ego non feci, sed tu fecisti hoc.

Legatus Dei, propitius sit ei Deus et favens! miracula manifesta et signa illustria edidit, quorum sunt millia et celebria. Inter haec Koranus est miraculum manifestum et argumentum eminens; nec contigit ei falsum, neque ab antica neque ab postica parte. Revelatio est Sapientis, Laudati, qui irrita facit consilia facundorum inter cujusque aetatis viros loquendi facultate pollentes, et defatigavit eos, ut afferrent Suram, similem Suris illius, etiam si auxilium peterent ab omnibus hominibus. Dixit Deus, qui exaltetur! Dic: Certe, si congregarentur homines et daemones ad perfi-

الاصواتُ ولا يؤذيهن فيه الحُرم اي لا يذكر النّساء * يتعاطفون فيه بالتقوي ويتواعظون
ويوقّر الكبار ويرحم الصّغار ويوثرون المحتاج ويحفظون الغريب ويخرجون ادلّة علي الخير *
وكان يتألّف اصحابه ويكرم كريم كلّ قوم ويولّيه امرهم ويتفقّد اصحابه ولم يكن
فاحشًا ولا متفحشا ولا يجزي بالسّيّئة السّيّئة بل يعفوا ويصفح ولم يضرب خادماً ولا امرأةً
ولا شيأً قطّ الّا ان يجاهد في سبيل اللّه وما خيّر بين أمرين الّا اختار ايسرهما ما لم يكن
اثماً ۞ ودلايل كلّ ما ذكرته في الصّحيح مشهورة وقد جمع اللّه سبحانه وتعالي له صلعم
كمال الاخلاق ومحاسن الشّيَم وآتاه علم الاوّلين والاخرين وما فيه النّجاة والفوز وهو
أمّيّ لا يقرأ ولا يكتب ولا معلّم له من البَشَر واتاه ما لم يؤت احداً من العالمين واختاره
علي جميع الاوّلين والآخرين صلوات اللّه وسلامه عليه دائمين الي يوم الدّين ۞ ثبت في
الصّحيح عن انس من مالك رضه قال ما مَسِسْتُ ديباجاً ولا حريراً اَلْيَنَ من كفّ رسول
اللّه صلعم ولا شَمِمْتُ رَايِحَةً قطّ اطيب من رايحة رسول اللّه ولقد خدمت رسول اللّه صلعم
عشر سنين فما قال لي قطّ افّ ولا قال لشيء فَعَلْتُه لِمَ فعلتَهُ ولا لشيء لم افعله الّا فعلتَ
كذا ۞ فصل

لرسول اللّه صلعم معجزات ظاهرات واعلام متظاهرات يَبْلُغُ الوفاً وهي
مشهورات * فمنها القرآن المعجزة الظّاهرة والدّلالة البّاهرة لا يأتيه الباطل من بين يديه
ولا من خلفه * تنزيلٌ من حكيم حميد الّذي اعجز البُلَغاء في افصح الاعْصار واغْباهم
ان يأتوا بسورة مثله ولو استعانوا بجميع الخلق * قال اللّه تعالي قل لَئِن اجتمعت الانس

visitavit aegrotos et respondit vocanti ipsum, et diviti et egeno, et vili et nobili; nec contemnendum censuit ullum. — Consedit interdum contractis manibus pedibusque, interdum forma quadrata; et discubuit aliquot tempus et multum quidem vel plurimum temporis, lumbos tibiasque contracta simul continens manibus. Edit tribus digitis, linxitque eos, et exhausit tribus haustibus vasculum. — Locutus est paucis verbis, sed sensu plenis et ter repetivit orationem, ut intelligeretur; et pronunciatio clara fuit ita ut facile eum intelligeret, quisquis eum audiret; neque locutus est, nisi opus erat; neque consedit, neque surrexit sine commemoratione Dei, qui exaltetur! — Vectus est equo, vel camelo, vel asino, vel mula; vel post tergum suum secum alium vehi fecit camela vel asino; non autem sivit alium ire post se. Saepe alligavit ventri suo lapidem ob inediam; et pernoctavit cum familia sine cibo. Lectus ejus, foliis refertus, in nuda terra erat. Parvi aestimavit opes hujus terrae omnes, quamquam dederat ei Deus, qui exaltetur! claves thesaurorum terrae omnium, noluit autem eos sumere, sed elegit pro iis vitam aeternam. Saepe, imo constanter collaudabat praestantiam risus mediocris, et interdum risit ita ut apparerent dentes genuini i. e. dentes canini. Amabat aromata et abhorrebat ab odore foedo. Libenter jocatus est, sed semper verum dixit. Facile excusationem ab alio accepit. Et erat sicut Deus, qui exaltetur! descripsit eum: Jam quidem venit ad vos Legatus ex vobis ipsis, excellens, qui tollit, quod delinquitis, sedulus erga vos, cum fidelibus clemens, misericors. Iterum dixit Deus: Et ora pro iis, quippe oratio tua erit quies illis. Objuratio ejus erat explicatio, cur stipularentur homines stipulationes, quae non inessent libro Dei, qui exaltetur! neque aliis. Et hortabatur ad benignitatem et incitabat ad indulgentiam et clementiam et honestatem morum. Dextram manum movere solebat in lustrationibus suis et quando pedes incedebat et calceis indutus erat et in omnibus negotiis suis. Manus sinistra inserviebat ad latrinam et res molestas. Quando dormivit et decubuit, decubuit in dextra, ad Keblam conversus. Convivium ejus erat convivium sapientiae, verecundiae, fidei, custodiae, patientiae et constantiae; neque tumultus movebatur in eo, neque molestia afficiebantur mulieres,

النَّعلَ ويرقع الثوب ويَعُودُ المريضَ * ويجيب من دَعَاهُ من غنيٍّ او فقير او دَنِيٍّ * او شريف * ولا يحتقر احَدًا وكان يقعد تارةً القُرْفُصَا وتَارةً متربِّعًا واتكي في اوقاتٍ وفي كثير من الاوقات او في اكثرها مُحْتَبِياً بِيَدَيْهِ * وكان يأكُلُ بأصَابِعه الثلث * ويلعقُهنَّ ويتنفّس في الشراب ثلثًا خارج الاناء ويتكلّم بجوامع الكَلِم ويعيد الكلمة ثلثا لتُفْهَمَ وكَلَامُهُ بيِّن يَفْهَمُهُ مَنْ سَمِعَهُ * ولا يتكلّم في غير حاجة * ولا يقعد ولا يقوم الّا علي ذكر اللّه تعالي * ويركب الفرس والبعير والحمار والبغلة ويُرْدِف معه خلفه علي ناقة وعلي حمار * ولا يدع احداً يمشي خَلْفَهُ وعصب علي بطنه الحجر من الجوع * وكان يبيت هو واهله اللّيالي طاويين * وفِرَاشُهُ من اَدَم حشوه ليف وكان مُتَقَلِّلاً من امتعة الدّنيا كلّها وقد اعطاه اللّه تعالي مفاتيح خزائن الارض كلها فابي ان يأخذها واختار الآخرة عليها وكان كثير الذكر دائم الذكر جُلّ ضحكه التبسّم وضحك في اوقات حتّي بدت نواجذُهُ وفي الانياب * ويحبّ الطّيب ويكره الرّيح الكريهة ويمزح ولا يقول الّا حقًّا ويقبل عذر المعتذر اليه * وكان كما وصفه اللّه تعالي لقد جاءكم رسول من انفسكم عزيز عليه ما عنتّم حريص عليكم بالمؤمنين رؤفٌ رحيم * وقال تعالي وَصَلِّ عليهم انّ صلواتك سكن لهم * وكانت معاتبته تعريضاً ما بال قوم يشترطون شروطاً ليست في كتاب اللّه تعالي ونحو ذلك * ويأمر بالرفق ويحثّ عليه وينتهي عن العنف ويحثّ علي العَفْو والصفح ومكارم الاخلاق ويحبّ التيمّن في طهوره وترجّله وتنعّله وفي شانه كلّه وكانت يده اليسري لخلائه وما كان من اذي * واذا نام واضطجع اضطجع علي الايمن مستقبل القبلة * وكان مجلسه مجلس حكم وحياء وامانة وصيانة وصبر وسكينة ولا يرفع فيه

tire viros doctos, ipsum, propitius sit ei Deus et favens! interfuisse expeditionibus viginti septem et nocturnis incursionibus quinquaginta sex; et exposuit singulas secundum ordinem, quo acciderunt. Dicunt: Pugnavit autem nonnisi in novem: Bedrensi, ad Ohod, ad Fossam, cum Korai'titis, cum Moṣtalekitis, ad Chaibar, in expugnatione Meccae, apud Honain et et-'Tâjef. Huc spectat dictum illud: Per vim expugnata est Mecca. Dicitur etiam: Pugnavit in valle Kora et sub vexillo et cum Nadiracis. — Et Deus est sciens.

De natura et indole ejus, propitius sit ei Deus et favens. — Liberalissimus erat hominum, ejusque liberalitas erat maxima, quae cogitari postest in mense Ramadân, et pulcherrimus erat forma et iudole, molissimus manibus, suavissimus odore, illustrissimus praestantia, optimus in amicitia, maxime strenuus, peritissimus Dei, addictissimus Deo, pius; nec succensuit sibi, nec vindictam cepit, et duntaxat iratus est, quum violarentur statuta Dei, qui honore et laude celebretur! Quando autem iratus est, nihil obstitit ejus irae, donec veritatem restitueret. Quum iratus esset, recessit et avertit vultum. Amice amplectebatur alios et excellebat omnibus modestia; peregit, quid opus erat populo suo; porrexit manum imbecilli, nec, si quid ab eo petitum erat, abnuebat unquam. Hominum mitissimus fuit et modestior quam virgo quae cavet. Cognatorum et alienorum, potentium et infirmorum aequatum apud eum fuit jus omnium. Nec cibum respuit unquam, si appetebat, edebat eum, si non, eo abstinebat. Neque edit accumbens, neque de mensa; et edit quod facile paratum fuit, nec abstinuit se cibis permissis. Amabat fructus dulces et mel et placuit ei cucurbita. Et dixit: Optimum obsonium est amicus intimus; et excellit 'Âjescha inter foeminas, sicut panis intritus in vino inter ceteros cibos. Carissimum foeminarum ei erat brachium. — Dixit Abu Horaira (gratum habeat eum Deus!): excedens e vita Legatus Dei, propitius sit ei Deus et favens! non satiatus fuit pane hordeaceo (significat ejus inopiam), et saepius per integrum mensem unum et alterum in nullo ejus cubiculo arsit ignis. Quotidianum victum sumsit ex donis, minime ex beneficiis; et remuneratus est dona. Consuit calceum et resarsit vestem; et

الاتّفاق علي انّ غزواته صلعم بنفسه سبعٌ وعشرون غزوةً وسراياه ستّ وخمسون وعددها
واحدة واحدةً مرتّبةً علي حسب وقوعها * قالوا ولم يقاتل الاّ في تسع بدرٍ وأُحُد والخندق
وبني قريظة وبني المصطلق وخيبر وفتح مكّة وحنين والطّايف * وهذا الي قول مَنْ قال
فتحت مكّةُ عنوةً وقيل قاتل بوادي القري وفي الغابة وبني النّضير والله اعلم ۞ فصل

في اَخْلاَقه كان صلعم أَجْوَدَ النّاس وكان اجود ما يكون في رمضان * وكان
احسن النّاس خَلْقًا وخُلْقاً والينهم كفًّا واطيبهم ريحاً واكملهم رَجاحاً واحسنهم عِشْرَةً
واشجعهم واعلمهم بالله واشدّهم لله خشيةً ولا يغضب لنفسه ولا ينتقم لَهَا وانّما يغضب
اذا انتهكت حُرُمَاتُ الله عزّ وجلّ * فحينئذٍ يغضب ولا يقوم لغضبه شي حتّي ينتصر
للحقّ * واذا غضب اعرض واشاح وكان خُلقُهُ القرآن وكان اكثر الناس تواضعاً يقضي
حاجة اهله ويخفض جناحه للضَعَفَة وما سُئِلَ شيئًا قطّ فقال لا * وكان احلم الناس وكان
اشدّ النّاس حَيَاء من العَذرآ في خدرها والقريب والبعيد والقويّ والضّعيف عنده في الحقّ
سواء * وما عاب طعاماً قطّ ان اشتهاه اكله والاّ تركه * ولا يأكل متّكياً ولا علي
خوان * ويأكل ما تيسّر * ولا يمتنع من مباح * وكان يحبّ الحلواء والعسل * ويعجبه
الدُبّا وهو اليقطين * وقال نِعْمَ الادَامُ الخلُّ وفضلُ عايشة علي النّساء كفضل الثريد علي
ساير الطعام وكان احبّ النّساء اليه الذراع * وقال ابو هريرة رضه خرج رسول الله صعلم
من الدّنيا ولم يشبع من خبز الشّعير * يعني للعدم وكان يأتي الشّهر والشهران لا يُوقَدُ
في بيتٍ من بيُوته نارٌ * وكان يأكلُ الهديّة ولا يأكل الصَّدَقة * ويكافي علي الهديّة ويخصف

mismus. — Misit porro Mohammed Dihjam Ben Chalifa Kelbitam cum epistola ad Heraclium Magnum Romae Imperatorem, et 'Abdollam Ben Hodâfa es-Sahmi ad Cosroem, regem Persiae, et Hâteb Ben Abi Balta'a el-Lachmi ad Makaukesum, regem Alexandriae et Memphidis. Hic dixit: Bene! et prope fuit, ut Moslemus factus esset. Obtulit Legato Dei, propitius sit ei Deus et favens! Mariam Egyptiam, ejusque sororem Schirin, quam donavit Legatus Dei Hassâno Ben Thâbet. — Et misit 'Amrum Ben el-'Âçi ad duos reges provinciae 'Amân, qui Islamismum amplectebantur et otium suum suppeditabant 'Amro et benefaciendo egentibus et jus dicendo in causis suis; neque reliquit eos, donec mortuus est Legatus Dei. Et misit Salit Ben 'Amru, Alidam in Jemamam ad Haudam Ben 'Ali Hanefitam. — Et misit Schogâ'am Ben Waheb el-Asadi ad Hârethum Ibn Abi Schemr, Gassanidam, regem provinciae el-Balkâ in Syria. — Et misit socios fugae ad Omajjam Mahzumitam et ad Hârethum Hemjaritam. — Et misit el-'Alâum Ben el-Hadrami ad Monderum Ben Sâvi, 'Obaiditam, regem Bahrain, qui credidit et Moslemus factus est. — Et misit Aba Musa Asch'aritam et Mo'âd Ben Ğebl ad totam Jemamam, ut ad Islamismum invitarent; et Moslemi facti sunt omnes Jemanenses, et reges et subditi.

Erant Mohammedi quatuor praecones: Belâl, Ibn Omm Mektum, in Medina, Abu Madura in Mecca, et Sa'ad el-Korat in urbe Koba. Et mihi proposui exponere de iis in capitibus eorum, juvante Deo, qui exaltetur!

Constat ex libris veritatum, Prophetam, propitius sit ei Deus et favens! quater post fugam commoratum esse Meccae sacrorum peragendorum causa, quam visitationem 'Omra nominant; sed iter sacrum, Hegga dictum, semel tantum fecisse, nempe peregrinationem valedictionis, qua valediceret hominibus, decimo anno post fugam. — Expeditiones ipse, propitius sit ei Deus et favens! suscepit viginti quinque: et hoc notum est et traditur a Musa Ben Abi 'Okba et a Mohammede Ben Ishak et ab Abu Ma'scher et ab aliis scriptoribus itinerum et invasionum; alii numerant viginti septem. Tradidit Abu 'Abdolla Mohammed Ben Sa'ad in libro Classium, consen-

بن ابي طالب وحسن اسلامهُ* وارسل صلعم دِحْيَة بن خليفة الكلبيّ بكتاب الي هرقل عظيم الروم وعبد الله بن حذافة السّهميّ الي كسري ملك فارس وحاطب بن ابي بلتعة اللّخميّ الي المُقوقس ملك الاسكندرية ومصر فقال خيرًا وقارب ان يسلم واهدي لرسول الله صلعم مارية القبطية واختها شيرين فوهبها رسول الله صلعم لحسّان بن ثابت* وارسل عمرو بن العاصي الي ملكي عمان فاسلما وخلّيا بين عمرو وبين الصّدقة والحكم فيما بينهم فلم يزل عندهم حتّي توفّي رسول الله صلعم* وارسل سليط بن عمرو العلويّ الي اليمامة الي هوذة بن علي الحنفيّ* وارسل شُجَاعَ بن وهب الاسديّ الي الحارث ابن ابي شمر الغسّاني ملك البلقآ من ارض الشّام* وارسل المهاجرين الي أُميّة المخزوميّ الي الحارث الحِمْيَري* وارسل العلآء بن الحضرميّ الي المنذر بن ساوي العبديّ ملك البحرين فصدّق واسلم* وارسل ابا موسي الاشعريّ ومُعاذ بن جبل الي جملة اليمن داعيين الي الاسلام فاسلم عامّة اهل اليمن ملوكهم وسُوقتهم* فصل

له صلعم اربعة من المؤذّنين بلال وابن امّ مكتوم بالمدينة وابو محذورة بمكّة وسعد القرظ بقُبا وسيأتي بيان احوالهم في تراجمهم ان شاء الله تعالي* فصل

ثبت في الصّحيحين انّ النّبيّ صلعم اعتمر اربع عمر بعد الهجرة ولم يحجّ الّا حجّة الوداع التي ودّع الناس فيها سنة عشر من الهجرة* وغزا بنفسه صلعم خمساً وعشرين غزوة هذا هو المشهور وهو قول موسي بن ابي عقبة ومحمّد بن اسحق وابي معشر وغيرهم من ائمّة السير والمغازي وقيل سبعا وعشرين ونقل ابو عبد الله محمّد بن سعد في الطّبقات

De famulis ejus, propitius sit ei Deus et favens! — Ex his sunt Anas Ben Mâlek, Hind et Asma, duo filii Harethae Aslemitae, et Rabi'a Ben Ka'ab Aslemita. Et 'Abdolla Ben Mas'ud procurabat calceos; surgenti ei induxit eos et sedenti detraxit eos et portavit eos sub brachiis suis. 'Okba Ben 'Âmer erat mulio Mohammedis et duxit mulam in itineribus; et Belâl praeco et Sa'ad, servus Abi Bekr veridici et Du Mehmaz, qui appellatur Mahabr (cum Be unico puncto instructo), filius fratris en-Nagâschi vel filius sororis ejus; et Bohair Ben Serah Laithita, qui vocatur Bekra, et Abu Derr el-Gefâri et el-Asla' Ben Scharik Ben 'Auf el-A'ragi et Mohâger, servus matris Selmae, et Abul-Samh. Gratos habeat eos Deus!

De scribis ejus, propitius sit ei Deus et favens! —

Commemorat el-Hâfi't Abul-Kasem in chronico Damasci horum fuisse viginti tres, eorumque nomina tradidit omnia secundum allegationes alienae auctoritatis. Sunt autem haec: Abu Bekr veridicus, 'Omar Ben el-Cha'ttâb, 'Othman, 'Ali, ez-Zobair, Obi Ben Ka'ab, Zaid Ben Thabet, Mo'âvia Ben Abi Sofjân, Mohammed Ben Moslem, el-Arkam Ben Abil-Arkam et filii Ben Sa'id Ben el-'Âç, ejusque frater Châled Ben Sa'id Ben Thabet Ben Kais, Hantala Ben er-Rabi'a, Châled Ben el-Walid, 'Abdolla Ben el-Arkam, 'Abdolla Ben Zaid Ben 'Abd-Rabbih, el-'Ala Ben 'Otha, el-Mogaira Ben Scho'ba, es Segell; quibus addunt Schorahbil Ben Hasana. Dicunt: Et maximam partem scribarum munere fungebantur Zaid Ben Thabet et Mo'avia. Gratos habeat eos Deus!

De nuntiis ejus, propitius sit ei Deus et favens! —

Misit Mohammed 'Amrum Ben Omajja ed-Damri ad Nagâschium. Hic accepit epistolam Legati Dei, propitius sit ei Deus et favens! defixit in eam oculos, descendit de solio et consedit in terra. Deinde Moslemus factus est, quum praesens ei esset Ga'fer Ben Abi 'Tâleb; et bonus erat ejus Isla-

في خدمته صلعم* منهم أنس بن مالك وهند وأسما ابنا حارثة الاسلميان وربيعة بن كعب الاسلمي* وكان عبد الله بن مسعود صاحب نعليه اذا قام ألبسه اياهما واذا جلس حطّهما وجعلهما في ذراعيه* وكان عقبة بن عامر صاحب بغلته صلعم يقود به في الاسفار وبلال المؤذن وسعد مولي ابي بكر الصدّيق وذو مخمر ويقال مخبر بالباء الموحدة بن اخي النجاشي ويقال ابن اخته وبكير بن سراح الليثي ويقال بكرة وابو ذرّ الغفاري والاسلع بن شريك بن عوف الاعرجي ومهاجر مولي امّ سلمة وابو السمح رضي الله عنهم۞ فصل

في كتابه صلعم* ذكرهم الحافظ ابو القسم في تاريخ دمشق انهم ثلثة وعشرين وروي ذلك كلّه باسانيده وهم ابو بكر الصدّيق وعمر بن الخطّاب وعثمن وعليّ الزبير ابيّ بن كعب زيد بن ثابت معاوية بن ابي سفين محمّد بن مسلمة الارقم بن ابي الارقم وابان بن سعيد بن العاص واخوه خالد بن سعيد بن ثابت بن قيس حنظلة بن الربيع خالد بن الوليد عبد الله بن الارقم عبد الله بن زيد بن عبد ربّه العلا بن عقبة المغيرة بن شعبة السجلّ وزاد غيره شرحبيل بن حسنة* قالوا وكان اكثرهم كتابةً زيد بن ثابت ومعاوية رضي الله عنهم۞ فصل

في رسله* ارسل صلعم عمرو بن امية الضمري الي النجاشي فاخذ كتاب رسول الله صلعم ووضعه علي عينيه ونزل عن سريره فجلس علي الارض ثم اسلم حين حضره جعفر

Prophetam, propitius sit ei Deus et favens! quindecim uxores, quarum cum tredecim nuptias celebrasset, sed cum undecim solummodo rem habuisset; morientem reliquisse novem.

De servis ejus, propitius sit ei Deus et favens! — Inter hos Zaid Ben Hâretha Ben Schorahil el-Kelbi Abu Osâma et Thaubân Ben Jogdod (cum Damma literae primae et Dal, et ج sine vocali) et Abu Kebscha, cujus nomen est Selim, qui adfuit pugnae Bedrensi, et Bâzâm, Ruvaifa', Kaçir, Maimun, Abu Bekra, Hormuz, Abu Çafija Obaid, Abu Selma, Anasa (cum Fatha literarum ا et ن), Çâleh, Schokrân, Rabâh (cum Be puncto unico instructo), Aswad, Sârbui, qui appellatur Aslam et alia habet nomina, Abu Lahtha, Fodâla Jemanensis, Abu Râfe', Med'am (Mim cum Kesre et Dal sine vocali et 'Ain cum Fatha, ambo sine punctis diacriticis); Aswad, qui interfectus est in valle Kora; et Kerkera (ambo ك cum Kesra, aut secundum alios cum Fatha), qui erat inter famulos Prophetae, propitius sit ei Deus et favens! et Zaid, avus Helâli Ben Jasâr Ben Zaid, et Obaida et 'Tehmân vel Kaisân vel Mihrân vel Dekrân vel Merwân, et Mâbur el-Ka'ti, Wâked, Abu Wâked, Heschâm, Abu Demira, Hosain, Abu 'Asib, cui nomen Ahmar (ruber), Abu Obaida, Safina, Selmân Persa, Aiman Ben Omm-Aiman, Aflah, Sâbek, Sâlem, Zaid Ben Maula, Sa'id, Demira Ibn Demira, 'Abdolla Ben Aslam, Nâfe', Sail, Wardân, Abu Athila et Abul-Hamra.

Inter ancillas erant Salma (Sin cum Patach), Omm-Râfe', Omm-Aiman Barka (Be cum Patach), quae erat mater Osâmae Ben Zaid, Maimuna, filia Sa'idi, Haçra, Radwa, Omaima, Maria et Schirin, ejus sozor et mater 'Abbâsi. Plurimorum ex his mentio fit in libris, et invenietur expositio de iis in capitibus eorum, juvante Deo, qui exaltetur! Scias enim hos servos non uno eodemque tempore exstitisse Prophetae, propitius sit ei Deus et favens! sed quemque eorum per aliquod tempus. Et Deus est sciens.

روينا عن قتادة قال تزوّج النبيّ صلعم خمس عشرة امرأة فدخل بثلث عشرة وجمع بين احدي عشرة وتوفّي عن تسع * فصل

في مواليه صلعم* منهم زيد بن حارثة بن شراحيل الكلبي ابو أُسامة وثوبان بن بُجْدُد بضمّ الموحدة والدّال واسكان الجيم وابو كبشة واسمه سليم شهد بدراً وباذام ورُوَيفع وقصير وميمون وابو بكرة وهرمز وابو صفيّة عبيد وابو سلمي وأنسة بفتح الهمزة والنّون وصالح وشقران ورباح بالموحّدة واسود وساروي [وابو رافع] واسمه أسلمْ وقيل غير ذلك وابو لهثة وفضالة اليماني وابو رافع ومِدْعَمٌ بكسر الميم واسكان الدّال وفتح العين المهملتين اسود وهو الّذي قُتل بوادي القُري وكركرة بكسر الكافين وقيل بفتحهما كان علي ثقل النبيّ صلعم وزيد جدّ هلال بن يسار بن زيد وعبيدة وطهمان او كيسان او مهران او ذكران او مروان ومابور القطبي وواقد وابو واقد وهشام وابو ضميرة وحسين وابو عسيب واسمه احمر وابو عبيدة وسفينة وسلمان الفارسي وايمن بن امّ ايمن وافلح ورايف وسالم وزيد بن مولا وسعيد وضميرة ابن ضميرة وعبيد الله بن أسلم ونافع وسيل وورْدان وابو اثيلة وابو الحمراء * ومن الاماء سلمي بفتح السّين امّ رافع وامّ ايمن بركة بفتح الباء وهي امّ أُسامة بن زيد وميمونة بنت سعيد وحضرة ورَضْوي واُميمة ومارية وشيرين وهي اختها وامّ عبّاس * وكثير من هولاء لهم ذكر في الكتب وسيأتي بيان احوالهم في تراجمهم ان شاء الله تعالي* واعلم انّ هولاء الموالي لم يكونوا موجودين في وقت واحد للنّبيّ صلعم بل كان كلّ بعض منهم في وقت* والله اعلم * فصل

omnes ex Chadiga, excepto Ibrahim, qui ex Maria Aegyptiaca. Omnes obierunt ante Mohammedem, excepta Fâ'tima, quae vixit post eum sex menses, quod vero proximum est; dicitur etiam tres menses.

Patrui erant ei, propitius sit ei Deus et favens! undecim, quorum unus el-Hâreth, natu maximus filiorum 'Abd-el-Mo'ttaleb, qui ab eo cognominatus est. Deinde Kotham, ez-Zobair, Hamza, el-'Abbâs, Abu 'Tâleb, Abu Laheb, Abd-el-Ka'ba, Hagl (cum ج sine puncto diacritico, cum Fatha et ج sine vocali), Cherâr et el-Gaidâk. Ex his, Islamismum amplexi sunt Hamza et el-'Abbâs. Hamza eorum natu minimus fuit, quippe collactaneus Legati Dei, propitius sit ei Deus et favens! Huic proximus aetate fuit el-'Abbâs, qui praefuit puteo Zemzem post patrem suum 'Abd-el-Mo'ttaleb, et natu major fuit Legato Dei, propitius sit ei Deus et favens! tres annos.

Amitas habuit propitius sit ei Deus et favens! sex: Çafijam, quae Islamismo addicta fugae intererat; haec erat mater ez-Zobair Ben el-'Avâmm et obiit Medinae sub chalifatu 'Omar Ben el-Cha'ttâb, gratum habeat eum Deus! haec erat soror Hamzae ex eadem matre; et Âteka, quae Islamismo addicta fuisse dicitur, et haec fuit, quae vidit per somnum pugnam Bedrensem; et nota est ejus historia. Porro Barra, Arvai, Amina et mater Hakimi, haec est el-Baida (alba).

De uxoribus ejus propitius sit ei Deus et favens! — Prima earum erat Chadiga. Porro Sauda, 'Ajescha, Hafça, Omm-Habiba, Omm-Salama, Zainab filia Gahschi, Maimuna, Govairia et Çafija. Commemorabimus eas in capitibus earum juvante Deo, qui exaltetur! Novem earum, excepta Chadiga, moriens reliquit; nec vivente Chadiga cum alia rem habuit; neque in matrimonium duxit virginem praeter 'Âjescham. Quod autem attinet ad eas, quas reliquit, dum vivebat, missas faciamus has ob magnam diversitatem inter eas. — Erant ei etiam duae pellices Maria et Rihâna, filia Zaidi vel Simeonis, quam manu misit. Accepimus a Kotâda, duxisse

بمكّة ثمّ ابراهيم بالمدينة وكلّهم من خديجة الّا ابراهيم فانّه من مارية القبطيّة *
وكلّهم توفّوا قبله الّا فاطمة فانّها عاشت بعده ستّة اشهر على الاصحّ
وقيل ثلثة اشهر * فصل

اعمامه صلعم احد عشر احدهم الحارث وهو اكبر اولاد عبد المطّلب وبه كان
يكنى * وقُثَم والزبير وحمزة والعبّاس وابو طالب وابو لهب وعبد الكعبة وحَجْل بحاء
مهملة مفتوحة ثمّ جيم ساكنة وضرار والغيداق * اسلم منهم حمزة والعبّاس * وكان
حمزة اصغرهم سنًّا لانّه رضيعُ رسول اللّه صلعم ثمّ العبّاس قريب منه في السّنّ وكان يلي
زمزم بعد ابيه عبد المطّلب وكان اكبر سنًّا من رسول اللّه صلعم ثلث سنين *

وعمّاته صلعم ستٌّ صفيّةُ اسلمَتْ وهاجرت وهي امّ الزبير بن العوام توفّيت بالمدينة
في خلافة عمر بن الخطّاب رضه وهي أُخت حمزة لامّه وعاتكةُ قيل انّها اسلمت وهي التي
رأت رؤيا غزوة بدر وقصّتُها مشهورة وبرّة وأرْوَىْ واميمة وامّ حكيم وهي البَيْضاء * فصل

في ازواجه صلعم اولّهنّ خديجة ثمّ سودة ثم عايشة ثمّ حفصة وامّ حبيبة وامّ
سلمة وزينب بنت جحش وميمونة وجويرية وصفيّة وسنذكرهنّ في تراجمهنّ ان شاء اللّه
تعالى * فهؤلاء التسع بعد خديجة توفّي عنهنّ ولم يتزوّج في حيوة خديجة غيرها ولا
يتزوّج بكراً غير عايشة وامّا اللاتي فارَقَهنّ صلعم في حياته فتركناهنّ لكثرة الاختلاف
فيهنّ * وكان له سرّيّتان مارية وريحانةُ بنت زيد وقيل بنت شمعون ثمّ اعتقها *

eos. Dimittebat quoque barbam et illinebat stibio oculos quaque nocte, ter quemque oculum dum dormiebat. Induere solebat tunicam et vestes albas et striatas; haec est species vestium versicolorum, rubro colore distinctarum. Et operiebat tunica Legatum Dei, propitius sit ei Deus et favens! usque ad carpum. Induebat autem modo vestem virgatam rubram et subligaculum et pallium, modo duas vestes subalbicantes, modo tunicam angustis manicis, modo tunicam Persicam, modo cidarem nigram, cujus laciniam demittebat inter scapulas, modo vestem breviorem nigram ex pilis i. e. vestem et indumentum sigilli, et ocreas et calceos.

Erant ei tres filii: el-Kasem, a quo cognominatus est. Natus est ante prophetiam et mortuus secundo aetatis anno. 'Abdolla, cui cognomina 'Tajjeb (boni) et 'Tâher (sancti), quippe qui natus est post prophetiam. Dicitur quoque 'Tajjeb et 'Taher alius esse quam 'Abdolla; sed verum prius. Tertius est Ibrahim, natus Medinae anno octavo, ibique mortuus anno decimo, septimo decimo aetatis mense, vel duodevigesimo. Et erant ei, propitius sit ei Deus et favens! quatuor filiae: Zainab, uxor Abul-'Âç Ben er-Rebi' Ben 'Abd-el-'Ozzi Ben 'Abd-esch-Schems, filii materterae ejus, cujus mater erat Hâla, filia Chovailed. Fâ'tima, uxor 'Ali Ben Abi 'Tâleb, gratum habeat eum Deus! et Rakija et Omm-Kelthum, uxor 'Othmân Ben 'Affân, qui antea jam Rakijam uxorem duxerat; et mortuae sunt ambae apud eum. Ille inde cognomen habuit possessoris duorum luminum. Obiit Rakija die Bedrensis pugnae mense Ramadân anno secundo Hegrae et obiit Omm-Kelthum mense Scha'abân anno nono Hegrae. — Filias quatuor habuit sine controversia, et filios tres verisimiliter. Primus natus est el-Kasem, deinde Zainab, tunc Rakija, Omm-Kelthum, Fâ'tima. Dicitur etiam Fâ'tima, sit ei pax! natu major fuisse quam Omm-Kelthum; quod commemorat 'Ali Ben Ahmed Ben Sa'id Ben Mahram Abu Mohammed memoria tenens Koranum. — Deinde in Islamismo 'Abdolla Meccae et Ibrahim Medinae;

فرّقه وكان يرجّلهُ* ويسرّح لحيتَه ويكتحل بالاثمد كلّ ليلةٍ في كلّ عينٍ ثلاثة اطرافٍ عند النوم ۞ وكان أحبّ الثياب اليه القميص والبياض والحبرة وهي ضربٌ من البرود فيه حمرةٌ وكان كمّ قميص رسول الله صلعم الي الرسغ ولبس في وقت حُلّةً حمراً وازاراً ورداء وفي وقت ثوبين أعفريّين وفي وقت جُبّة ضيّقة الكمّين وفي وقت قباء وفي وقت عمامةً سوداء وأرخي طرفها بين كتفيه وفي وقت مِرطاً أسودَ من شعرٍ اي كساء ولبس الخاتم والخفّ والنعل ۞ فصلٌ

له بنين ثلثة القسم وبه كان يكني ولد قبل النبوّة وتوفّي وهو ابن سنتين وعبد الله وسمّي الطيّبَ والطاهر لانّه وُلد بعد النبوّة وقيل الطيّب والطاهر غير عبد الله* والصحيح الاوّل* والثالث ابراهيم ولد بالمدينة سنة ثمان ومات بها سنة عشر وهو ابن سبعة عشر شهراً او ثمانية عشر* وكان له صلعم اربع بناتٍ زينب تزوّجها ابو العاص بن الربيع بن عبد العُزّي بن عبد الشمس وهو ابن خالتها وامّه هالة بنت خويلد* وفاطمة تزوّجها علي بن ابي طالب رضي الله عنه* ورقيّة وامّ كلثوم تزوّجها عثمن بن عفّان تزوّج رقيّة ثمّ امّ كلثوم* وتوفّيتا عنده ولهذا سمّي ذا النورين* توفّيت رقيّة يوم بدر في رمضان سنة اثنتين من الهجرة وتوفّيت امّ كلثوم في شعبان سنة تسع من الهجرة ۞ فالبنات اربع بلا خلاف والبنون ثلثة علي الصحيح* واوّل من وُلد له القسم ثمّ زينب ثمّ رقيّة ثم امّ كلثوم ثم فاطمة* وجآ انّ فاطمة عليها السّلام اسنّ من امّ كلثوم ذكر ذلك علي بن احمد بن سعيد بن حزم ابو محمّد الحافظ* ثمّ في الاسلام عبد الله

neque arbor, neque lapis reliquus erat, qui non prostratus jacuisset; at prosternunt se nonnisi ad prophetam; et invenimus hoc in libro nostro. Petiit igitur ab Abu 'Tâleb, ut reduceret eum, metu a Judaeis; et ille reduxit eum.

Rursus deinde adibat Mohammed Syriam cum Maisara, servo Chadigae, gratam habeat eam Deus! in mercatura ejus, priusquam illam uxorem duxit, donec pervenit ad forum Bocrae. Quum autem attigerat vigesimum quintum annum, uxorem duxit Chadigam. — Et quum Medina relicta fugit exul, exiit eum eo Abu Bekr veridicus, gratum habeat eum Deus! et libertus Abi Bekr, 'Âmer Ben Fohaira (cum Damma literae Fe) eorumque dux itineris 'Abdolla Ben el-Oraika't Laithita, qui fuit impius et Islamismi ignarus.

De habitu ejus, propitius sit a Deus et favens! —

Erat Mohammed neque procerus admodum, neque brevis, neque albo, nec candido, nec fusco colore; nec valde crispo, nec torto capillo; et morienti ei nondum viginti pili albi in capite erant. Et pulchro erat corpore et latis humeris; capillus dependebat ad humeros, interdum ad auriculam infimam, interdum ad mediam aurem; densa erat barba, crassis manibus i. e. crassis digitis; magno capite et ossibus, plena facie, nigris oculis, longis palpebris, rubris oculi angulis, longis crinibus, tenuiori ductu a pectore protensis ad umbilicum, instar rami. Incedebat erecto capite porrectoque collo, velut si descenderet de solo declivi i. e. incedebat gressu firmo sicut is, qui descendit de declivi. Fulgebat ejus facies sicut luna noctis decimae quartae, perinde ac si ejus facies esset plena luna. — Clara erat voce, mollibus genis, magno ore, aequali ventre et pectore, pilosis humeris et brachiis et superioribus pectoris partibus, longis ulnis, ampla vola, oculis rubore conspicuis i. e. longa eorum rima; calcibus tenuibus i. e. paucae carnis. Inter scapulas erat sigillum prophetiae, instar modi veli et ovi palumbis. Ingredienti ei submittebat se terra et declinabant se homines in ejus occursu illo non curante; et capillum promisit, deinde dividebat et pectinabat

انكم حين اقبلتم من العقبة لم يبق شجرة ولا حجر الّا خرّ ساجداً ولا يسجد الّا نبيّ فانّا نجدهُ في كتابنا* وسأل ابا طالب ان يردّهُ خوفاً من اليهود فردّه ۞ ثمّ خرج صلعم ثانياً الي الشّام مع مَيْسَرَةَ غلام خديجة رضي اللّه عنها في تجارة لها قبل ان يتزوّجها حتّي بلغ سُوق بُصْرَي* فلمّا بلغ خمساً وعشرين سنةً تزوّج خديجة۞ ولمّا خرج الي المدينة مهاجراً خرج معه ابو بكر الصّديق رضي اللّه عنه ومولي ابي بكر عامر بن فُهَيْرَة بضمّ الفاء ودليلهم عبد اللّه بن الأُرَيْقط اللّيثيّ وهو كافرٌ ولا يعلم له اسلام۞ فصل

في صفته صلعم۞ كان صلعم ليس بالطّويل البائن ولا بالقصير ولا الابيض الامهق ولا الآدم ولا الجعد القطط ولا السّبط وتوفّي وليس برأسه عشرون شعرة بيضاء* وكان حسن الجسم بعيد ما بين المنكبين له شعرٌ الي منكبيه وفي وقت الي شحمة اذنيه وفي وقت الي نصف اذنيه كثّ اللّحية شثن الكفّين اي غليظ الاصابع ضخم الرأس والكراديس في وجهه تدويرٌ ادعج العينين طويل اهدابهما احمر الماقّ ذا مَسْرُبَةٍ وهي الشّعر الرّقيق من الصّدر الي السّرّة كالقضيب* اذا مشي تقلّع كانّما ينحطّ في صَبَب اي يمشي بقوّة والصّبب الحدورُ* يتلألأ وجههُ كالقمر ليلة البدر كانّ وجهه كالقمر* حسن الصّوت سهل الخدّين ضليع الفم سوآء البطن والصّدر اشعر المنكبين والذّراعين واعالي الصّدر طويل الزّندين رحب الرّاحة اشكل العينين اي طويل شقّهما منهوس العقبين اي قليل لحم العقب* بين كتفيه خاتم النبوّة كزرّ الحَجَلَة وكبيضة الحمامة* وكان اذا مشي كانّما تُطْوي له الارض ويجرون في لحاقه وهو غير مكترث* وكان يسدُلُ شعر رأسه ثمّ

annos vel quatuor natus erat. Mortua est Abvâ, loco inter Meccam et Medinam. Et missus est Mohammed Propheta ad homines omnes, quum quadraginta annos natus erat; alii addunt unum diem. Et mansit Meccae, postquam Propheta se extulerat, tredecim annos; dicitur quoque decem, vel quindecim. Deinde fugit Medinam, ibique mansit decem annos, extra omnem controversiam. Adiit Medinam die Lunae, duodecimo die mensis Rebi' primi. Refert el-Hâkim: Incepit morbus Legati Dei, propitius sit ei Deus et favens! in aedibus Maimunae, die Mercurii duobus noctibus restantibus de mense Çafar.

Lac praebuit ei, propitius sit ei Deus et favens! Thovaiba (cum Damma literae The tribus punctis instructae), ancilla Abi Laheb, per aliquot dies. Deinde lac ei praebuit Holaima, filia Abi Dovaib 'Abd-alla Ben el-Hareth Sa'dita. Traditur eam dixisse: Adolevit uno die, quantum puer adolescere solet uno mense. Et adolevit Mohammed orphanus atque educavit eum avus 'Abd-el-Mo'ttaleb, deinde patruus Abu 'Tâleb. Et purum redidit eum Deus, qui honore et laude celebretur! a sorde status ignorantiae; neque enim coluit idolum in vita unquam, neque adfuit ulli consessui impietatis hominum. Invitabunt quidem eum ad eos, sed arcebat eum Deus et immunem servabat ab iis. — In historia 'Ali gratum habeat eum Deus! narratur Prophetam, propitius sit ei Deus et favens! dixisse: Neque colui idolum unquam, nec bibi vinum unquam, nec desii confiteri id quod illi tractarent, impium esse. Et solummodo factum est gratia Dei, qui exaltetur! erga eum quod liberavit eum a sorde ignorantiae et ab omni vitio, et donavit eum omni indole praestanti, ita ut celeber factus sit inter populum suum sub nomine Fidi, propterea quod coram perspexerunt ejus fidem et veritatem et sanctitatem.

Jam quum pervenerat ad duodecimum annum, exiit cum patruo suo Abu 'Tâleb in Syriam, usque dum pervenerunt Boçram. Hic vidit eum Bohairâ, monachus, qui cognovit eum forma, et adveniens prehensa ejus mane dixit: Hic est Dominus mundorum, hic est Legatus, Princeps mundorum, hunc misit Deus testimonium mundorum. — Interrogare homines: Unde hoc scis? Respondit: Profecto vos quum accessistis a jugo montis,

امّ رسول اللّه صلعم وله ستّ سنين وقيل اربع * ماتت بالأبواء مكان بين مكّة والمدينة ۞ بعث صلعم رسولاً الي النّاس كافّة وهو ابن اربعين سنةً وقيل اربعين ويوم * واقام بمكّة بعد النّبوّة ثلث عشرة سنةً وقيل عشراً وقيل خمس عشرة * ثم هاجر الي المدينة واقام بها عشر سنين بلا خلاف ۞ وقدم المدينة يوم الاثنين لثنتي عشرة من شهر ربيع الاوّل ۞ قال الحاكم وبدأ الوجع رسول اللّه صلعم في بيت ميمونة يوم الاربعاء لليلتين بقيتا من شهر صفر ۞ فصل

أَرْضَعَتْهُ صلعم ثُوَيْبَةُ بضم المثلّثة مولاة ابي لهبٍ ايّاماً * ثمّ ارضعته حليمة بنت ابي ذُوَيْبٍ عبد اللّه بن الحرث السّعدية * وروي عنها انّها قالت كان يشبّ في اليوم شباب الصّبيّ في شهرٍ ۞ ونشأ صلعم يتيماً فكفله جدّه عبد المطّلب ثمّ عمّه ابو طالب ۞ وطهّره اللّه عزّ وجلّ من دَنَسِ الجاهليّة فلم يُعظّم صنماً لهم في عمره قطّ ولم يحضر مشهداً من مَشَاهِدِ كفرهم وكانوا يطلبونه لذلك فيمتنع ويعْصِمُه اللّه من ذلك ۞ وفي الحديث عن عليّ رضيه ان النّبيّ صلعم قال ما عبدتُ صنماً قطّ وما شربتُ خمراً قطّ وما زلتُ اعرِفُ انّ الّذي هم عليه كفرٌ ۞ وهذا من لطف اللّه تعالي به ان براه من دنس الجاهليّة ومن كلّ عَيْبٍ ومَنَحَهُ كلّ خُلُقٍ جميلٍ حتّي كان يُعْرَف في قومه بالامين لما شاهدوا من امانته وصدقه وطهارته ۞ فلمّا بلغ اثنتي عشرة سنةً خرج مع عمّه ابي طالب الي الشّام حتّي بلغ بُصْرا * فرآه بَحِيراً الرّاهبُ فَعَرَفَهُ بصفته فجاء واخذ بيده وقال هذا سيّد العالمين هذا رسول ربّ العالمين هذا يبعثه اللّه حجّةً للعالمين * قالوا فمن اَيْنَ علمت ذلكذا * قال

adnumeraret duos annos, unum quo natus, alterum quo mortuus esset, et qui traderet sexaginta tres, hos non adnumeraret; et verum est sexaginta tres. — Eodem modo in aetate Abu Bekr et 'Omar et 'Ali et 'Ajeschae, gratos habeat eos Deus! verum est sexaginta tres annos. — Dixit el-Hâkim Abu Ahmed, qui est Doctor el-Hâkim Abu 'Abd-alla: Natus est Propheta, propitius sit ei Deus et favens! die Lunae et uxorem duxit die Lunae et fugit a Mecca die Lunae et intravit Medinam die Lunae et obiit die Lunae. Dicitur Mohammed natura vehemens et laetus fuisse. Indutus erat tribus vestibus excepta tunica et cidare. Constat hoc ex libris Veritatum. Dixit el-Hâkim Abu Ahmed: Postquam involutus erat Propheta, propitius sit ei Deus et favens! vestibus feralibus, positus est in lectica sua ad latus sepulcri. Deinde exierunt homines catervatim, ut preces dicerent pro eo agmatim, nemine iis praeeunte. Et primus preces pro eo dixit el-'Abbâs, deinde Hâschemitae, tunc Socii fugae, tunc Adjutores, tunc ceteri homines. Postquam finiverant precationes viri, accesserunt pueri, deinde mulieres. Deinceps sepultus est Propheta, et intraverunt in sepulcrum el-'Abbâs, 'Ali, el-Fadl et Kotham, filii el-'Abbâs, et Schokrân; dicitur quoque Osâma Ben Zaid et Aus Ben Hawali fuisse cum iis. — Et conditus est in sepulcro, et exstructi sunt supra eum in sepulcro lapides; et septem fuisse lapides dicitur. Deinde superfuderunt terram et constituerunt tumulum ejus, propitius sit ei Deus et favens! admodum expansum et consperserunt eum aqua. Dicunt etiam factum esse piaculum in sepulcro ejus; sed hoc verum non est.

Dixit el-Hâkim Abu Ahmed: Dicitur mortuus esse 'Abd-alla, pater Legati Dei, propitius sit ei Deus et favens! quum ipse Legatus Dei viginti octo menses natus fuisset, aut secundum alios, novem menses, aut septem, aut duos; dicitur quoque mortuus esse, quum ille adhuc foetus fuisset. Obiit autem Medinae. — Dixit el-Wâkedi ejusque scriba Mohammed Ben Sa'ad, non constare eum mortuum esse, quum ille adhuc foetus fuisset.

Et obiit ejus avus 'Abd-el-Mottaleb, quum ipse octo vel sex annos natus erat; ei hic testamento commendaverat eum Abu Tâleb. — Et mortua est mater Legati Dei, propitius sit ei Deus et favens! quum ipse sex

المولد والوفاة ومن روي ثلثا وستّين لم يعدّهما * والصّحيح ثلاث وستّون ۞ وكذا الصّحيح في سنّ ابي بكر وعمر وعليّ وعايشة رضي الله عنهم ثلاث وستّون سنةً ۞ قال الحاكم ابو احمد وهو شيخ الحاكم ابي عبد الله يقال ولد النّبيّ صلعم يوم الاثنين وبني يوم الاثنين وهاجر من مكّة يوم الاثنين ودخل المدينة يوم الاثنين وتوفّي يوم الاثنين ۞ وروي انّه صلعم ولد مختوناً مسروراً ۞ وكُفّن صلعم في ثلثة اثواب ليس فيها قميص ولا عامة * ثبت ذلك في الصحيحين ۞ قال الحاكم ابو احمد ولمّا أدْرج النّبي صلعم في اكفانه وضع علي سريره علي شفير القبر * ثم دخل الناس ارسالاً يصلّون عليه فوجًا فوجًا لا يؤمّهم أحَدٌ ۞ ناولهم صلوةً عليه العبّاس ثمّ بنو هاشم ثمّ المهاجرون ثمّ الانصار ثمّ ساير النّاس* فلمّا فرغ الرجال دخل الصّبْيَانُ ثمّ النساء ۞ ثم دفن صلعم ونزل في حفرته العبّاس وعليّ والفضل وقُثَم ابنا العباس وشُقْران * قال ويقال كان أسامة بن زيد واوس بن حولي معهم ۞ ودفن في اللّحد وبني عليه صلعم في لحده اللَّبِنُ يقال انّها سبعُ لبنات * ثم اهالوا التّراب وجعل قبره صلعم مُسَطَّحاً وَرُشّ عليه الماء رشًّا * قال ويقال نزل المغيرة في قبره ولا يصحّ ۞

قال الحاكم ابو احمد يقال مات عبد الله والد رسول الله صلعم ولرسول الله صلعم ثمانية وعشرون شهرًا وقيل تسعة اشهر وقيل سبعة اشهر وقيل شهران وقيل مات وهو حمل * وتوفّي بالمدينة ۞ قال الواقديّ وكاتبه محمد بن سعد لا يثبت انّه توفّي وهو حمل ۞ ومات جدّه عبد المطّلب وله ثمان سنين وقيل ستّ سنين * واُوصي به الي ابي طالب ۞ وماتت

